

503.

THESES JURIDICÆ

Ex Materia

~~115.~~

OBLIGATIONUM
DELIBATÆ.

55.

Quas

Pro obtinendo Gradu

LICENTIÆ

IN UTROQUE JURE.

Atque honoribus & privilegiis

Licentiatorum legitime

consequendis.

P R Æ S I D E

DN. FRIDERICO SCHRAGIO,

J. U. D. Profess. Pand. & Jur. Can.


Ordin. p. t. Facult. Jurid. Decano.

Defendet

ADAMUS INGELSTETTER,

Tabernen: Alfata.

D. IX. JAN. MDCLXXVII.



ARGENTORATI,

JOHANNIS WELPERI.

iss. jur. civ. clo

577,12

04. 158. S. Sch



22.

84

SACRÆ ATQVE CHRISTIA-
NISSIMÆ MAJESTA-
TIS REGIAE

*Domini nostri omnium Cle-
mentissimi*

IN SUPREMA CURIA PARLAMENTI
METENSIS

CONSILIARIO.

nec non

*Eminentissimi, Reverendissimi,
ac Celsissimi Principis ac Domini*

D O M I N I

GUILLELMI EGONIS
S. R. E. CARDINALIS, LAND.

GRAVII DE FURSTENBERG, AC EPI-
SCOPI ARGENTINENSIS &c.

Domini mei Clementissimi

CONSILIARIO INTIMO, CANCELLA-
RIO, ET CONSILII AULICI PRÆSIDI
SPLENDIDISSIMO.

V I R O
P E R I L L U S T R I A T Q V E
E X C E L L E N T I S S I M O
D O M I N O
D N . P H I L I P -
P O D E I O O S T E N ,
M Æ C E N A T I S U O
M A G N O

*Hoc, quicquid est speciminis Academici, materie amplissima
compendium, partum quidem more impatientem, & ob
hoc immaturum, opusculum majoris conatus, quam per-
fectionis; Exemplum tamen obsequii, symbolum gratitu-
dinis; stipulationisque continui patrocinii tesseram,*

extare voluit, debuit

Tanti nominis

Obsequentissimus cultor eliensque

Adamus Ingelstetter.



Thesis Prima.

Obligatio à ligando seu vinciendo dicta, metonymiâ effectûs pro causâ denotat contractum *l. 5. ff. de Just. Et Fur. junct. §. 2. Inst. de J. N. G. Et C.* metonymiâ causæ pro effectu significat aliquando actionem ut in *l. 5. §. 1. ff. de præs. verb.* In proprio sensu considerata quadruplicem sortitur significationem. Aut enim denotat omnem eum respectum, quo quis alteri adstrictus est non tantum ad effectus Juris ad rem, sed & ad effectus Juris in re *vid. §. 5. Inst. de except. l. 20. ff. de evict. l. 4. l. 6 ff. de pign. l. 13. §. 11. ff. locati. l. 45. §. 1. de leg. 1. l. 57. eod.* aut significat commune genus obligationis cum civilis, tum naturalis *l. 5. ff. de pign. l. 21. §. 3 ff. de fidejuss. l. 95. §. 4. l. 101. §. 1. ff. de*

*ff. de solut. l. 16. §. 4. de fidejuss. l. 16. ff. de O. & A. aut civilem tantum naturali exclusâ l. 36. pr. ff. de condict. indeb. l. 5. §. Imperator. l. 94. ff. de solut, junct. l. 1. §. 2. ff. de V. O. l. 36. eodem l. 5. C. de jnut. stipul. §. 2. J. de except. l. 3. §. 1. de const. pec. §. un. I. de lit. oblig. t. t. ff. quod met. caus. aut denique eam, quæ ex consensu venit, qualis habetur in l. 1. §. 3. ff. de pact. Secundo modo sumpta obligatio rectè definitur: *Juris vinculum, quo necessitate astringimur alicujus rei solvenda secundum nostræ civitatis Jura pr. Inst. de obl. & l. 3. pr. ff. eod.**

II.

Sic definita obligatio distinguitur ratione naturæ suæ in simplicem & mixtam. Simplex subdividitur in naturalem & civilem. Hæc est, quæ quidem Juris subtilitate obligat, & actionem parit, sed exceptione, quæ ipsi facto ab initio inest, elidi potest *ll. 0. ant. cit.* Illam nonnunquam Jus civile in totum rejicit, ut accidit in obligatione pupilli, absque tutoris auctoritate
 contra-

contrahentis, ex quâ nihil ad pupillum
 pervenit *l. 41. ff. de cond. indeb. Locam.
 quest. Justin. 68. Et seqq. C. I. A. 8. 12. n.
 2. de Auct. tut.* Item obligatio naturalis
 mulieris pro alio intercedentis *arg. l. 40.
 ff. de cond. indeb.* aut sequitur tantum ad
 alios remissiores effectus, nullâ datâ actio-
 ne. Nec enim valdè dubito, quin Lex ci-
 vilis prohibere possit, ne ex conventionem,
 ex quâ alias de Jure naturali obligatio gi-
 gneretur, nascatur in foro obligatio.
 Mixta obligatio est, quæ ex naturali & ci-
 vili composita actionem efficacem pro-
 ducit, nec exceptione ipsi factò ab initio
 inhærente elidi potest vid. Dn. Præsidis
Introd. ad Inst. §. 22. de obligat. Ratione
 causæ remotæ dividuntur obligationes in
 obligationes Juris gentium & civilis. Hæ
 in-civiles in specie & prætorias §. 1. *Inst. de
 oblig. junct. arg. §. 1. 3. Et seqq. Inst. de
 action.* Ratione proximæ in eas, quæ
 ex contractu, vel quasi; ex maleficio vel
 quasi descendunt §. *ult. l. eod.* Ab ob-
 jectò in obligationes dandi & faciendi *l.*
 52. §.

§ 2. § 1. l. 7s. §. fin. de V. O. l. 13. §. fin. de re
jud. Ab effectu 1. in perpetuas & tem-
 porales. 2. in hæredes transitorias & non
 transitorias *arg. t. t. de perpet. & temp. act.*
 Ab adjunctis in puras, ex quibus statim
 peti potest l. 213. ff. de V. S. & l. 14. ff. de
 R. 7. & in non puras quæ habent diei, vel
 loci, vel conditionis adjectionem Frantz. k.
Disp. de Obligat. 0. 29. seqq. Eckolt. §. 13.
eod. tit.

I I I.

Subiectum Obligationis sunt perso-
 næ, quæ astringi possunt. Hinc exclu-
 duntur furiosi, & mente capti, qui nullo
 modo obligantur l. 5. ff. de R. l. adeo, ut
 ne quidem tutore auctore negotium con-
 trahere possint d. l. 5. pupilli sub distin-
 ctionibus propositis à Dn. Præsede d. tr. §.
 5. & seqq. de auct. tut. Non idem dicen-
 dum de minore & prodigo, sive curato-
 rem habente, sive non. *arg. l. 101. de V.*
O. Patria quoque & Dominica potestas
 obstant, quo minus civilis obligatio con-
 trahatur inter patremfam. & filiumfam.
 l.

*l. necum 6. de furto. l. si quis 56. §. 1. de fide-
juss. Dominum & servum l. 14. de obl. l.
servus 6. C. de judic. naturalem non impe-
diunt. Posteriores tamen personæ, mo-
do doli & culpæ capaces sint, ex causâ
delicti obligantur arg. l. 23. ff. de furt.*

I V.

Objectum, quod in obligationes de-
ducitur, sunt res, facta, poenæ. Res sc:
quæ in Commercio sunt *l. 34. §. 1. ff. de
contrab. empt.* & obligari non prohiben-
tur. Per factum intelligo actum, qui in
operatione consistit, & rebus contradi-
stinguitur, ut *in §. fin. Inst. de verb. ob:*
Requiritur autem, ut factum sit proprium,
non alienum *§. 3. Inst. de inut. stipul. 38. pr.
de V. ob.* & possibile *l. 185. de R. l. tam le-
ge, quam naturâ l. 26 l. 61. l. 137. §. 6. Et l. 35.
pr ff de V. ob.* ad quod tamen præstandum
præcisè debitor cogi non potest, sed præ-
stando interesse liberatur. Sub nomine pœ-
næ veniunt poena capitis, corporis, famæ,
& pecuniaria *l. 2. l. 8. ff. de pæn.*

B

V. For-

V.

Forma obligationum essentialis est vinculum secundum normam Juris civilis, secundum quod obligatio consideratur. Accidentalibus consistit in diei, conditionis, modi, vel loci adjectione *l. 44. ff. de ob. & act.*

VI.

Dies, ut multis modis obligationi accedit, sic potissimum solutionis, & actionis differendæ causâ in debitorum gratiam adjicitur, isque totus arbitrio solventis attribuitur *l. cum quis. 41. § 1. de V. O.* poterit tamen debitor prævenire diem & invito etiam creditori solvere *l. 38. §. 16. de V. O.* Conditiō est adjectio, quâ in aliquem casum, cujus eventus incertus est, præstatio ejus, quod in obligationem deductum est, suspenditur. Ad quam, ut reverâ conditio sit, requiritur, ut in futurum tempus concepta sit *l. 39. ff. de reb. cred.* ut sit possibilis, nec in voluntatem debitoris collata *l. 17. de V. O. & l. 8. de Ob. & act.*

act. Locus plerumque creditorum gratia accedit, *t. de eo, quod certo loc.* qui tacite spatium temporis, intra quod ad eum locum perveniri possit, includit *l. 7. de V. Ob.*

VII.

Efficientem causam duplicem facio, remotam sc. & proximam. Remota est jus Romanum conflatum ex præceptis naturalibus, gentium, & civilibus. Ratione quorum obligationes considerantur bifariam, absolute, quatenus respiciunt hominem quæ talem in statu naturali, & juris naturalis consideratum. Relate seu respective, quatenus respiciunt hominem in statu legali spectatum. Et quidem vel in statu Juris gentium, vel in statu juris civilis. In statu juris gentium respiciunt hominem, quatenus quidem ex eo jure astringunt eum obligationes, sed in foro civili non receptæ sunt. In statu juris civilis, eundem respiciunt, in quantum jus civile aut obligationes juris gentium approbat, tribuendo illis vel

actionem, vel exceptionem, vel alios effectus. Aut planè de novo obligationes producit jure gentium non productas. Causa efficiens proxima est factum obligatorium, illudque vel licitum, quod promissio; vel illicitum, quod delictum alio nomine nuncupatur.

VIII.

Finis ultimus obligationum est salus Reipub: quæ exigit, ut solvatur, quod promissum est, & puniatur, quod vetitum. Proximus est præstatio rei alicujus, quæ ex parte creditoris vocatur creditum *l. 1. § seqq. ff. de R. C.* ex parte verò debitoris debitum *l. 5. §. 1. ff. de const. pec. l. 10. § seqq. ff. de V. S.*

IX.

Uniformis & generalis omnium obligationum effectus, est necessitas præstationis, qui diversus est pro diversitate specierum. Alius namque est obligationis
simpli-

simplicis, alius mixtæ. Effectus obligationis simplicis, alius obligationis naturalis, alius civilis. Naturalis effectus vel sunt principales, ut soluti retentio & compensatio *l. 19. ff. de cond. indeb. l. 3. §. 7. quod quisque jus. l. 7. ff. de fidejuss. vel accessorii, ut constitutum, fidejussio, pignus, novatio l. 1. §. pen. ff. de const. pec. l. 15. §. 3. de fidejuss. l. 5. ff. de pign. l. 1. ff. de novat.* Civilis est actio, sed propter exceptionem concomitantem inefficax §. 3. *I. de except. l. 3. §. 1. ff. de const. pec.* Mixtæ obligationis effectus est actio personalis *arg. l. 42. §. 2. ff. de procur. & exactio atque actionis executio l. un. §. 7. C. de rei ux. act.* per exceptionem concomitantem non elisibilis.

X.

Contraria obligationis eam aut constituendam impediunt, aut constitutam tollunt. Impediunt dissensus *l. 55. ff. de obl. & act. error l. 57. ff. eod.* dolus, furor, prodigalitas, ætas, objecti qualitas, propter

B 3

pter

pter quam in obligationem deduci nequit, & exclusio vinculi obligatorii. Constitutam tollunt pactum de non petendo §. 3. *Inst. de except.* Jusjurandum §. 4. *d. t.* Præscriptio *pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. 3. 4. C. de præscript. 30. ann.* Fortuita rei amissio *l. 1. §. 4. ff. de O. & A.* Petulantia creditoris rem propriâ auctoritate auferentis *l. 13. ff. quod met. caut. l. 7. ff. ad l. Iul. de vi privata.* Interitus rei tam naturalis *l. 23. ff. de V. O.* quam civilis *l. 83. §. 5. ff. eod.* Confusio debiti & crediti in unâ personâ *l. 75. l. 95. §. 2. ff. de sol.* Concurfus duarum causarum lucrativearum *l. 19. ff. de O. & A. §. 7. Inst. de legat.* Mutuus consensus §. 5. *Inst. quib. mod. toll. obl.* Solutio, acceptilatio, & novatio *pr. §. 1. 3. d. tit.* Et hi tollendæ obligationis modi de obligationibus ex contractu vel quasi descendentibus præcipuè intelligendi sunt; quæ verò ex delicto veniunt, perimuntur vel morte naturali delinquentis *l. 1. & 2. C. Si reus vel accus. mort. fuerit.* vel pacto legitimo, ut in furto & actio-

actione injuriarum l. 17. §. 1. ff. de pact. l.
 17. §. 6. ff. de injur. An autem in obli-
 gationibus tam ex Contractu, quam deli-
 cto descendentes debitor post moram
 indistinctè obstrictus maneat, an verò sub
 distinctione si res similiter apud credito-
 rem peritura fuisset, liberetur, quæstio
 est inter JurisConsultos satis controversa?
 eum subdistinctione liberari affirmo ex
 fundamento l. si cum exceptione 14. §.
*Sed Et si non culpà ff. de eo quod
 met. caut. Et l. 31. ff. si certum
 petat.*



Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in several lines and appears to be a formal document or letter.